Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Et ecce plus iona hic. In die scō. l. Sapie.
In omnibus requiem quesiui: et in hereditate dni morabor. Tunc
precepit et dixit mihi creator omnium: et qui creauit me requiuit
in tabernaculo meo: et dixit mihi. In iacob inhabita: et in israel
hereditare: et in electis meis mitte radices. Et sic in syon firmata
sum: et in ciuitate sanctificata similiter requiem: et in ie
rusalem potestas mea. Et radicauit in populo honorificato: et in
partes dei mei hereditas illi: et in plenitudine sanctorum detencio
mea. Quasi cedrus exaltata sum in libano: et quasi cipressus
in monte syon. Quasi palma exaltata sum in cades: et quasi
plantacio rose in iericho. Quasi oliua speciosa in campis: et
quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in plateis. Sicut cinna
momum et balsamum aromatizans odorem dedi. Quasi mirra
electa dedi suauitatem odoris. ℣ Lucā.
In illo tempore. Intrauit iesus in quodam castellum: et mulier quedam mar
tha nomine excepit illum in domum suam. Et huic erat soror: nomine
maria. Que etiam sedens secus pedes dni: audiebat uerbum eius:
martha autem satagebat circa frequens ministerium. Que stetit et
ait. Dnē: non est tibi curae quod soror mea reliquit me solam ministrare:
Dic ergo illi ut me adiuuet. Et respondens dixit illi dns.
Martha martha: sollicita es et turbaris erga plurima. Porro
unum est necessarium. Maria optimam partem elegit. que non au
feretur ab ea. Agapiti. Iustus si morte poc. ew. Bmi lu u.
vnē bartholo. Beatus uir qui inuentus ē s. ew. Ego sū
uitas u. In die scō. Iam nō dicis hos. ew. Facta ē contencio.
In octa bartholom. Benedictus ds et pater d. ew. De
scendens iesus de m. In decollacōe johis bap. l. Sapie.
O Quam iusti: in compositione odoris facti opa pigmentarii. In
omni ore quasi mel dulcorabit in dulcorabitur ei memoria:
et ut musica in conuiuio uini. Ipse est electus deus in pe
nitencia gentis: et auferet abhominaciones impietatis: et guber